

Euthymius. Quicumque te cogit ad milliari unum. Syriacus n. 42. Et volentem mutuari abs te ne prohibeas. D. Augustinus. Ne averfatus fueris. Ne averferis.

ALTER TEXTVS.

Lucæ 6. n. 29. Et ab eo, qui aufert tibi vestimentum, etiam tunica noli prohibere. Numer. 30. Omni autem petenti te tribue: & qui aufert, quæ tua sunt, ne repetas. Numer. 34. Et si mutuum dederitis his, à quibus speratis recipere; quæ gratia est vobis; nam & peccatores peccatoribus fenerantur, ut recipiant æqualia.

EXPOSITIO.

75.



ROSEQUITUR Dominus suam doctrinam, apponendo exempla quomodo non sit resistendum malo. Et, qui vult tecum in iudicio contendere; seu tecum altercare, ut ait Glossa,

Gloss.

Euthym.

Alb. Magn. S. Thom.

Euthym. Vox maxime procuranda.

Bellarmin.

Chrysoft. Litigantes potius ad victoriam, quam ad veritatem attendunt. 76.

Quid sit angariare. Franc. Luc.

Matth. 27.

qui vult tecum in iudicio contendere; seu tecum altercare, ut ait Glossa, vocando te in ipsum iudicium. Et tunica, quæ est vestis intima, tollere, seu auferre à te, dimitte ei, & pallium, seu, ut habet Euthymius, relinque pallium, seu da illud ei. Pallium est vestis extrema & frequenter majoris pretij, ac estimationis, quàm tunica, ut notant Albertus Magnus, D. Thomas, At D. Lucas invertit ordinem tunicæ, & pallij, & ait: Ab eo qui aufert tibi vestimentum, seu, ut Græcè, pallium, etiam tunicam noli prohibere. Nec enim tunica auferri potest, nisi & prius pallium auferatur. Unde rectè notat Euthymius, quod sæpe inter se confunduntur tunica, & pallium. Sensus totius sententiæ est. Qui vult tecum in iudicio altercare, ac litigare, dimitte ei tunicam, sive pallium, sive quantumlibet pretiosam vestem, ut litem evadas, & in pace, ac quiete vivas. Rectè dicebat Cardinalis Bellarminus: Melior est tunica pacis, & charitatis, quàm libra victoria. Deinde lites periculosæ sunt conscientie. Unde ait hic D. Chrysofomus homil. 18. Omne iudicium irritatio est cordis, & si semel in iudicium ingressus fueris, iam non cogites, ut veritas causa appareat, sed ut quoquo modo victor existas. Qui te angariaverit. Angariare vox Persica est, ut significat itinerum cursores, qui datis stipendiis paratos habent equos ad cursum celeriter faciendum (vulgò Posteos vocamus). Unde factam est, ut angariare ut notat Franciscus Lucas, pro locare ad cursum, vel ad ferendum aliquid generaliter acceptum. Unde Cyrenæus angariatus dicitur infra Matth. 27. num. 32. ad bajulandum Crucem Christi. Mille passus, id est, milliari unum. Vade cum eo alia duo; id est, si quis te cogit conficere cum eo mille passus, seu unum

milliare; confice tu cum eo, non unum solum milliari, sed duo milliaria. Quod aperte indicat lectio Syriaca, & Græca. Et ita totius sententiæ sensus est: Si quis te cogit, ut cum eo proficiscaris ad unum milliari, potius cum eo abi ad duo milliaria, quàm cum illo contendas, aut altercationem moveas, ut ita pacem cum omnibus conserves. Per quod nos docet Dominus, quod maxime intendamus cum omnibus pacem habere; & quod ita ab appetitu vindictæ simus alieni, ut stinenda. præparatione animi, ut ait D. Augustinus, simus dispositi, iteratas injurias potius tolerare, quàm de una aliquam reportare vindictam.

Qui petit à te. Docuit nos Dominus supra, non resistere malo; nunc verò nos exhortatur, ut simus perseverantes in bono, liberalitate, ac misericordia. Qui petit à te, hoc est, qui querit, ac petit opem, & auxilium tuum, sive sit amicus, sive inimicus; si tamen, ut ait Glossa, iuste, & honeste, quæ possunt dari, petit: honeste dicit, ait D. Thomas, quia res ita potest esse necessaria, ut honeste non possit dari: iuste, quia aliena res non potest dari iuste: Da ei; id est, illi subveni pro tua facultate, ac ratione, & volenti mutuari à te; petenti mutuo à te: & fortè præ verecundia volenti petere, & non audenti. Ne averfatis, seu, ut legit D. Augustinus, ne averfatus fueris; hoc est, ne sis suæ voluntati contrarius, sed succurre ei, & suam necessitatem averte; & liberaliter impende ea, quibus ipse indiget.



CAP. XIV.

Inimici diligendi.

Matth. 5. n. 43. Audistis, quia dictum est. Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum.

VERSIONES.

Syriacus. Audistis, dictum fuisse. Radix Hebraica. Diliges amicum, sive socium, sive proximum tuum.

EXPOSITIO.

OST QUAM Dominus egit in superioribus de patientia, & injuriis sufferendis, hinc aggreditur agere de dilectione inimicorum, ut latius dicam quæstione 2. Audistis, quia dictum est. Et non fatur Dominus, ut sæpe in hoc capite loquitur num. 27. & 33. Dicitum est antiquis, sed absolute: Dicitum est, quia hoc non erat à lege dictum, ut notat Albertus Magnus, sed à vestris maioribus, ac doctoribus, Scribis, & Phariseis. Et eos aperte non exprimit Christus, nam ut totius Orbis Dominus, ac Præsul, tantum intendit adhibere remedia; neminem autem suggilla

2. Vox Hebraica. Valerius. Quid sit proximus. Salmeyron. Maldonat. Cornel. Alb. Magn.

3. Diabolus, ut suam seminet falsitatem cuius aliqua eam veritate conjungit.

4. Pharisæi dicebant inimicorum dicit.

Deuter. 25. Deuter. 23.

5. August. Origen. Inimicus. Diabolus.

Maldonat. Salmeyron.

suggillate, nec injuriare; & ideo cœlestia sua documenta de dilectione inimicorum diffundit; auctores verò reprobata doctrinæ, scilicet de odio inimicorum supprimit, ne cum injuria nominentur. Deinde si suos majores, ac doctores exprimeret, eorumque dogmata rejecisset; inde auditorum animi fierent ei adversi, quos maxime sibi benevolos, ac conciliatos totis Prædicator viribus affectet habere.

Diliges proximum tuum. Hoc mandatum datum est Levit. 19. num. 18. Ubi noster interpres posuit; Diliges amicum tuum; & omnia vox Hebraica significat; sicut etiam & sodalem. Proximus autem est ille, ut rectè explicat S. Valerius hom. 12. Quicumque est tibi conjunctus, sive ratione sanguinis, sive amicitia, sive alterius tituli. Judæi autem communiter proximos suos esse intelligebant Judæos ex Abrahamo natos, ut notant Salmeyron, Maldonat, Cornelius. Tamen præceptum de omni homine intelligendum est. Et ut dicebatur: Diliges proximum tuum; ubi rectè notat Albertus Magnus, apponebatur causa ipsius dilectionis. Causa autem est proximitas, & conjunctio originis, vel beneficii, vel redilectionis: quia amare amicum, quoddam debitum dilectionis est, ut ait S. Valerius citatus.

Odis habebis inimicum tuum. Hæc tamen pars non erat scripta in lege, sed erat edocta à Phariseis. Diabolica machinatio, ut suam perveritatem valeat in hominum cordibus insinuare, semper illam sub umbra veritatis conjungit, atque apponit. E, ideo depravata doctrina de inimicorum odio connectebatur, & adjungebatur à Scribis cum divina lege de dilectione proximi.

QUÆSTIO I.

An lex antiqua permitteret, inimicos odio haberi?

COMMUNIS est omnium vox, quod in lege nullum erat mandatum de inimicorum odio. Tamen Pharisei hujusmodi odium falsis interpretationibus intendebant deducere ex aliquibus Scripturæ locis. De Chanaanæ ait Deus Israeliticis Deuter. 15. num. 19. Delebis nomen ejus sub calce. Cave ne obliviseris. Et Deuter. 23. num. 6. de Moabitis mandavit Dominus populo: Non facies cum eis pacem; nec quaras eis bona cunctis diebus vita tua in sempiternum. Et Numer. 15. n. 17. iussit Dominus: Hostes vos sentiam Madianita. Exod. 23. num. 22. Inimicus tuo inimicus tuus. His, & aliis similibus malè intellectis in suam errorem inducebantur Pharisei, ut dicerent, odium inimicorum esse licitum in lege.

Cum hæc sint aliena à veritate, Origenes hoc loco, & D. Augustinus serm. 59. de tempore, per inimicum, dicunt hoc loco intelligi Diabolum. In lege ait D. Augustinus, Dominus non inimicos, sed inimicum præcipit odiri, ut qui spirituales erant in lege, solum Diabolum odio haberent. Hic tamen sensus est valde mysticus & symbolicus. Nam per inimicos hæc intelligendum homines, ut patet ex subjunctis Christi verbis: Diligite inimicos vestros. Et aperte docet D. Augustinus multis in locis. Maldonat in hoc cap. vers. 21. & Salmeyron.

roh. tom. 5. serm. 43. existimant, quod sensus illorum verborum, Oderis inimicum tuum, continetur in lege in illo Deuter. 25. Delebis nomen ejus, &c. Et citantur in patrocinium hujus sententiæ, Chromantius hoc loco, & D. Augustinus Chromantius lib. 1. de serm. Domini in monte, cap. 21. & August. Hilari. Paschas. Julian. D. Hilarius in Matth. D. Paschasius lib. 4. in Matth. Julianus Episcopus Tolerao. in quæstionibus novi, & veteris Testamenti, habetur in Bibliotheca tom. 15. quæst. 32. Qui omnes docent, quod odium inimicorum non erat mandatum in lege, sed quedam illius permissio. Ita ait D. Augustinus, August. Oderis inimicum tuum: non vox tubentis iusto accipienda est, sed permissiva infirmo. Itaque, ut etiam exprimit Chromantius, & Paschasius, illud fuit quedam permissio in lege propter populum terrenum, & carnalem divitiem ejus; & ideo ut aliquantulum ejus infirmitati, ac imperfecti condiscenderetur, illa facta est in lege permissio.

In hac re tenendum est, quod odium inimicorum nullo modo erat traditum à lege; sed tantum à Scribis, falsè legem interpretantibus. Ita docent hic D. Hieronymus, Euthymius, Theophylactus, Beda, Rupertus lib. 3. in Matth. Glossa Ordinaria, Albertus Magnus, S. Thomas, Eusebius Theophyl. Emislenus homil. in hoc Evangelio, & D. Augustinus Beda. nus lib. 19. contra Iulianum, cap. 24. etiam hanc sententiam tradit. Qui veluti explanans, ac explicans loca in principio quæstionis apposita, quod mandabatur in lege odisse inimicos, non quia iniquus, ut homo, sit odiendus, quia ut sic est diligendus; sed quia ejus iniquitas est odio habenda, ut ab ejus conversatione, ac contagione declinetur, ac fugiatur. Et ita ait Augustinus, August. Audis, & non intellexisti: Oderis inimicum tuum; ferebantur homines in hominis odium, cum deberent non odisse, nisi vitium.

Probatur primò. Quia odium inimicorum est intrinsecè malum contra legem naturæ, ut docent D. Basilii in regulis brevioribus, responsio contra legem naturæ mi Theologi, Abulensis hoc loco quæst. 347. Suardius tom. de præceptis, disp. 5. s. 1. num. 14. Lor. ca. 2. disp. 2. 5. num. 6. Bonacina tom. 2. disp. 3. quæst. 4. part. 3. num. 2. Filiucius tom. 2. tract. 28. num. 15. Barradas hic, & alij. Ratio est, quia inimicus est proximus, cum sit creatura Dei, & ea pax beatitudinis; ergo odium erga hujusmodi creaturam rationalem, prout respicit personam ejus, est malum, & repugnat cum natura. Deinde, quia naturale jus dicit, aliis faciendum esse, quod nobis ipsis fieri cupimus. Quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, eadem vos facite illis; unusquisque autem cupit diligere, & sibi subveniri in necessitate, ergo eadem debet facere alius. Et hæc etiam doctrinam multi Philosophi sunt assecuti.

Probatur etiam secundò. Quia in Testamento veteri etiam dabatur doctrina de charitate erga inimicos: Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum. Non quaras ultionem, nec memoreris injuria civium tuorum, Levit. 19. n. 17. Levit. 19. & 18. Ubi exprèsè mandatur, quod frater noster, qui est quilibet homo, non sit nobis in odio in corde; sed si aliquid nobis est contra illum, ad iudicem deferatur. Cum occideris inimicum tuum, ne gaudetas; & in ruina ejus non exaltet cor tuum, Proverb. 24. num. 17. Si esurierit inimicus tuus, Hh 4

Prov. 15. *tuus s eiba illum: & si fuerit, da ei aquam bibere, Proverb. 15. num. 22. Si videris asinum odientis te facientem sub onere, non pertransibis, sed subleuabis. Exod. 23. num. 4. Ubi expressè mandabat Deus, exhibere opera charitatis erga inimicum: ergo ille amore, & charitate erat prosequendus. Et expressè quoad alias nationes dicitur. Deuter. 23. num. 7. Non abominaberis Idumeum, quia frater tuus est; nec Aegyptium, quia advena fuisse in terra eius. Deinde quia lex dicebat: Diliges proximum tuum; proximus autem est etiam inimicus.*

9. *Resolutio ratione optima probatur.*
 Probatur denique efficaci ratione. Si in lege includeretur mandatum de odio inimicorum, contrarius actus, scilicet dilectio inimicorum esset à lege prohibita: atqui dilectio inimicorum dicitur quondam bonitatem moralem, per quam homo assimilatur bonitati divinæ, ut statim Christus subdit: *ut sitis filij Patris vestri, qui in calis est, qui solem suum facit oriri super bonos, & malos;* ergo non poterat mandari à Deo in lege, Confirmatur. Quia ex eo Deus non potest prohibere actum misericordiæ, & justitiæ; quia dicit quondam bonitatem moralem: ergo etiam, cum illam dicat dilectio inimicorum, non est capax prohibitionis.

10. *Explicatur auctoritates in contrarium adducta.*
 Nec loca in contrarium aliquid probant. Imò cum illis poterant habere charitatem eximiam cum omnibus gentibus. Nam primò, quòd Deus iusserit Israël, delere Chananæos, hoc illi populo mandavit, tanquam ministro divinæ justitiæ, sicut iudex punit reum ob culpam, quem aliàs, ut hominem, diligit. Secundò mandavit, non facere pacem cum Amonitis, ac Moabitibus, quia eorum conversatio erat valde periculosa Israël (nam per mulieres, seducti sunt ad fornicationem), ne quarterent bona, scilicet temporalia, nec eorum preteritum inter eos fieret amicitia. Tertio dicitur, quòd Madianitæ eos hostes sentiant; & quòd Deus sit inimicus eorum inimicis; non in quantum homines, sed secundum suam nequitiam, & malitiam, ut explicat D. Augustinus, sicut dicitur Psalm. 7. *Odisti omnes, qui operantur iniquitatem.* Sapient. 11. num. 15. *Diligis omnia, que sunt, & nihil odisti eorum, que fecisti.* Deus diligit naturam, & odit peccatum, ut docet D. Thomas 2. 2. *quæst. 25. art. 6.* Vide supra cap. 3. num. 172. & 173.

August. Psalm. 7. Sapient. 11. D. Thom. 2. 2. *quæst. 25. art. 6.* Vide supra cap. 3. num. 172. & 173.

11. *Turrian. Quomodo auctores intelligendi.*
 Unde bene ait Turrianus 2. 2. *disput. 98. dub. 1. §. sciendum verò,* quòd quando aliqui viri docti, & pij videntur dicere, odium fuisse præceptum Judæis; loquuntur, non de affectu odij intrinsicè; hic enim affectu non potest esse in præcepto, sed loquuntur de externa illatione damni, ac poenæ.

QUESTIO II.

Quo motivo Scribae introduxerint odium inimicorum, tanquam mandatum legis, contra ipsam legem?

12. *Difficultas questionis.*
 ANTIQUI Rabbini dicebant, odium inimicorum esse ex lege derivatum. Quod tamen repugnabat cum ipsa lege naturali; & divina veteri positiva, ut satis est explicatum

superiori questione. Unde Claudius Goilandus Claudius, merito hanc doctrinam de odio inimicorum appellavit pestilentissimam humanæ rationis commentum. Quomodo ergo tanquam ex communi consensu hæc prævaricatio contra legem est introducta, ac si esset ex lege data, nemine eorum repugnante. Unde ait Albertus Magnus, *Sanas traditiones, tanquam mandatum legis posuerunt.*

13. *In suis criminibus subterfugium à lege homines volunt habere.*
 Respondeo primò, quòd hoc commentum de odio inimicorum, quamvis non esset à lege, imò contra ipsam, tanquam ex lege tradebant. Per antiquum malum, quo homines semper in suis criminibus, ac excessibus affectant habere subterfugium, ut licentiosius valeant delinquere. Et ideo, ut Scribae suas depravatas voluntates, ac iniqua odia, nullo contradicente, exercerent, mandatum legis esse affectebant. Legis preteritum jubet impia Jezabel occidere Naboth. 3. Reg. cap. 21. num. 8. Ita & Pharisæi obmurmurabant de Christo Domino, quòd in Sabbato hominem sanaret: *Dicebant quidam: Non est hoc homo à Deo, qui Sabbatum non custodit;* Joan. 9. n. 19.

14. *Volunt homines, ut suis opinionibus tanquam Dei operacula venerentur.*
 Secundò. Tales sunt homines, ut ea, quæ sua sunt, à sinuque cerebro inventa, tam excelsa, & alta velint æstimari, ac reputari, ac si à Deo data, ac promulgata; & ideo commentum de odio inimicorum, non solum esse licitum dicebant Scribae, sed etiam in lege ipsa inclusum, contentumque asserbant. Loquitur Dominus de sua exaltatione in Cruce, ac morte. *Respondet ei turbæ: Nos audivimus ex lege, quia Christus manet in æternum, quomodo tu dicis: Exaltari oportet filium hominis.* Joan. 12. num. 34. Illud, Christus manet in æternum; explicat D. Thomas: *Christus nil patitur.* Sed quomodo, ut meritò dubitant Chrylologus, Theophylactus, Cajetanus, & alij, in hac erant cogitatione, tanquam ex lege deducta: *Nos audivimus ex lege, quòd Christus nil patitur; cum tota Scriptura passionem Christi proclamet; Tanquam ovis ad occisionem ducetur.* Isai. 53. num. 7. *Ego dormivi, & soporatus sum,* Psalm. 3. num. 6. & alia multa. Quomodo ergo dicunt, illud esse auditum à lege à Theophylact.

Joan. 12. num. 34. D. Thom. Chrylologus, Theophylactus, Cajetanus, Isai. 53. num. 7. Psalm. 3. num. 6. & alia multa. Quomodo ergo dicunt, illud esse auditum à lege à Theophylact. *Judæi negabant passionem Christi, & maligna mente id faciebant.* Falla erat Scribarum doctrina, quòd Christus in hoc mundo nihil pateretur, sed in gloria, & majestate ingrederetur in hoc sæculo; hoc suam pestiferam commentum contra Scripturam, & legem, ex suo cerebro, ac errore inventum, tanquam inclusum in Scriptura, & ut à Deo datum, ab omnibus venerari, & reputari volebant, dicentes: *Nos audivimus ex lege, quòd Christus manet in æternum, seu nihil patitur.*

15. *Charitas dilectione inimicorum omnia superat.*
 Tertio. Hæc dicebant legis doctores, quia, ut ait D. Hieronymus, sunt multi, qui putant, impossibilem esse hostiam dilectionem; & dum hæc mandatur, dicunt, quòd plus præcipitur, quam humana natura patitur. At qui hæc dicunt, maximè errant, nesciunt vires divinæ gratiæ. Quamvis considerata nostra fragilitate natura, videatur difficile, inimicum non odisse, sed diligere; hoc tamen adveniente Dei auxilio, atque gratia, homo valde promptè, expeditèque præstat. Ubi primum Dei Charitas diffunditur in cordibus, cum inimicorum dilectione, miros, & valde raptos operator effectus; ac naturam, quantumlibet indomitam, ferocem, ac procacem mansuefacit, mitem, lenem reddit.

Ira

16. *Ira, odioque magno concitata multitudo filiorum Israël odmurmurat contra Moysen, & Aaron; ac gravis contra ipsos in populo est exorta seditio. Quod videntes ipsi sancti Prophetae confugiunt ad tabernaculum. Cominus, à quo protanti scelæris poena exivit ira, & plaga magno incendio populum devastans, & consumens, ita ut plusquam quatuordecim millia hominum essent percussa. Quod cum videret Moyses, dixit ad Aaron: Tolle thuribulum, & corre ad medium multitudinis. Quod cum fecisset Aaron, & cucurrisset ad medium multitudinem, quam jam vastabat incendium, obtulit thymiama: & stans inter mortuos, ac vivos, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit.* Numer. 16. num. 47. Sed unde Aaron audeat ad flammam currere; Et quomodo tantam plagam suffitu thuribuli avertit; nam, ut ait ibi Lorrinus, levis exhalatio incensi, & calidus orationis halitus vehementem ignem restinguit. Oratio Moysis, & Aaron, & oblatio illa thymiatis, quæ erat quoddam sacrificij genus, ut testantur ibi Lyranus, Abulensis, Lorrinus, & alij, erat pro populo, qui hostili, adversoque animo erat in sanctos duces suos. Et ubi charitas inimicorum amore inflammata in medium prodit, voracem ignis flammam, ac vastans incendium reprimi, & extinguit; ac percutientem Angelum à populo avertit, abireque facit. Charitas in inimicos omnia superat, omnia vincit, Origenes ibi homil. 9. *Moyses, & Aaron fecerunt, quòd postea Evangelium docuit. Dilige Moyses inimicos, & orat pro persecutoribus. Inuere stantem Pontificem, & objectione quadam viventes à mortuis dirimen, em, & virtutem repropitiacionis ejus; & incensi mysterium erubuisse Angelum vastatorem: & in hoc morte finitam, & vitam reparatam.* Obiter expende illa verba: *Erubuisse Angelum vastatorem.* Quamvis enim Angelus esset executor justissimæ poenæ, ac vindictæ; tamen ad præsentiam tantæ charitatis Pontificis in inimicos, dicitur erubuisse Angelum vastatorem.

17. *Abfalon commoto toto Israël se erexit, ac rebellavit adversus parentem suum. Et cum simul ad bellum tenderent, cunctis dicebat David: Servate mihi puerum Abfalon.* 3. Reg. 18. num. 5. Sed ex quo motivo David se victorem pollicetur? multo enim majores exercituum copias Abfalon adversarius habebat, & varius est eventus belli. Unde ergo ipse se victoriæ certum reddit, *Servate Abfalon?* Erat totus pater accensus amore, ac charitate in rebellem filium, qui quamvis nihil aliud intenderet, nisi patrem occidere; pater tamen nil magis affectabat, quam filium custodire; & qui tanta in inimicum dilectione se sentiebat armatum, in expugnabilem se, invictumque judicabat; & omnia ab ipso superanda tanquam certum in animo habebat. D. Ambrosius Apologia 1. pro Davide cap. 5. *Securus erat victoriæ, qui rogabat, ut parcerent: nec pietatis alienus; qui parere debere etiam impium filium non putabat.*

18. *Bis conjicitur Daniel inter famelicos leones, Daniel. 7. num. 16. & 14. num. 31. Et erat ibi diebus sex; qui quamvis fame tabescerent, sanctum Prophetam non audent attingere. Ait Cardinalis Nicolaus Cusanus lib. 2. exercitationum. Erat Daniel in lacu orans pro omnium salute, pro populo suo, pro Rege, pro persecutoribus. Et ubi charitas, ac beneficentia in inimicos expeditur, ac declaratur; seiva, & crudelis leonina natura, ho-*

minum inimica, impeditur, ac constringitur; & sanctum Prophetam non audent lædere, sed ipsum reverenter veneratur: nulla est enim tam indomita natura, quæ aspirante charitate in hostes, non mansuecat, ac lenis fiat.

Charitas in hostes aspirante omnia natura etiam seiva mansuecit.

Matth. 5. n. 44. *Ego autem dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos: & orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.*

VERSIONES.

Syriacus. *Et bene precamini, qui imprecatur vobis: ac benefacite ei, qui odio vos prosequitur: & orate pro iis, qui vexant vos cum violentia, & persequuntur vos.*

Vatabl. Theophylactus. *Bene precamini devotentibus vos: & orate pro his, qui lædunt, & persequuntur vos.*

Græcus. *Bene precamini his, qui vos vexant cum militari insultu, & violentia.*

Athenagorus Philosoph. in legatione pro Christianis. *Bene precamini execrantibus vos.*

Terll lib. de Orate pro maledicentibus anim. 35. *vos,*

S. Maxim. Con. *Benefacite iis, qui vos oderunt: bene loquimini de iis, qui vos execrantur: orate pro his, qui vos calumniantur.*

Pagninus, Euthymius. *Orate pro offendentibus vos*

ALTER TEXTUS.

Lucæ. 6. n. 27. *Vos dico, qui audistis: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos: benedicite maledicentibus vobis, & orate pro calumniantibus vos.*

EXPOSITIO.

19. *Domine omnes attentiores faciat, ait eis: Ego dico vobis; tanquam quid novum, Joan. 13. num. 34. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem. Et tanquam meum*